

*De figuris lapidum, &c.*

Ferrum, Græcis est σίδηρος. Ferrugo, rubigo ferri, ἡσ σιδηρός. cuius color foris quidem, è fusco ruffo & mixtis ad cœruleum tendit. vnde ferrugineus color in hyacinthis & violis celebratus. hodie violaceum colorem vocant, ut quibusdam placet. mihi paulò nigrior, vel cœruleo saturatione in hyacintho quam in viola videtur: etsi apud Claudianum 2. de raptu Proserpinæ legimus,

— — — *dulci violas ferrugine pingit.*

Proximus quidem, si non idem, color est, & à violis ianthinus, ab hyacinthis (quos Vergilius ferrugineos cognominat, Hyacinthinus dicitur. Suntque eundem castaneæ colorem faciunt, (vulgò Kestenenbraun / Nägelefarb,) que tamen paulò plus ruffi, minùs autem cœrulei habere videtur. Rasæ verò ferruginis color alius est, & nigredine remissa ruffescit magis, ut xerampelinus. Σιδηρίτης dicitur aut cognominatur potius terra ubi fodit, vel è qua coquitur